Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26557
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Tollitur econchis spes memoranda marinis.
Unio dicitur obhoc quod ab uno tollitur unus.
Hec duo vel plures umquam simul inuenuntur.
Cuius adornatum laudatur candida forma.
Cum deceat uestes. deceat nichilominus aurum.
Conche temporibus certe referuntur hiantes.
Ex quibus orbiculi candentes concipiuntur.
De matutino fit clarior unio ore.
Ros uespertinus fetus solet edere fuscos.
Iuuenes conche dant baccas candidiores.
Obscurat fetus concharum grandior etas
Quanto rorantis fuerit plus aeris haustum.
Tanto maiorem gignit roratio bacham.
Ultra seminucem si crescere nulla putatur.
Quod si celsa micent tonitru cum uexa corusco.
Conche diffugiunt subita formidine cause.
Sic intercepto conceptio deperit haustu.
Et fit abortiuum quod ceperat inde creari.
Insignes baccas predam maris india gignit.
Gignit et insignes antiqua brittannia baccas.

De pantherо.

Pantheros multos testatur habere colores.
Nam niger et rubeus. uiridis. pallensque uidetur.
Purpureus rubeusque simul. sparsimque colores.